

mniā dicamus, & audax convitum, illos accusare erroris, qui ipsum animose & magno numero confutarunt?

*supra offensio. oīt A dī. XII. mīp. idē sīsīcī 38*

Atqui Lutherus suspicionem non vanam fecit, se reum esse illius nefandae doctrinae, cum animam suam odio habere vocem ὥμοσσις scribit! Sic excipit Bellarminus l. c. aditque: quid quæso vel sentiret vel diceret aliud Arius, si ab inferis nunc existeret? Nam tota illa tragoedia, quæ ecclesiā tot annis misere vexavit ac vastavit, propter hanc vocem excitata est. Verum quis credat ignoravisse Lutherum, quæ vis & emphasis in illa voce lateret, aut quid moverit Patres, ut illam omni modo tuerentur. Jam vero dudum **WITHAKERUS** adversus **CAMPIANUM**, Jesuitam, Lutherum defendit & scripsit prima vice, tametsi odio habuerit vocem, rem tamen adversus Arrianos integrā servavisse: Altera vice vero contra Duraeum dum commentatur, falsum commissum esse a Pontificiis apertum, recte judicavit: Verba enim Lutheri hypothetica sunt: *Quod si anima mea odit vocem hominisation, & nolim ea uti, non ero haereticus. Quis enim me coget, ubi modo rem teneam, quæ in Concilio per scripturas definita est?* Ubi itaque **ARRIANSMUS** apud Lutherum? Ubi pudor apud Bellarminum, & qui eum coeco impetu sequuntur? Jam vero **AUGUSTINUS** eadem sententia est, cum de re constet, non esse opus certare de nomine, nihil enim contentiosius esse logomachiis, fatetur, Epist. XXVIII. Et **HIERONYMI**, ad quem **LUTHERUS** recte provocat, eadem mens est, ut de sensu scrutinium instituatur, non voces captentur: In Epist. ad Damasum de tribus hypostasibus. Noverint vero Pontificii, **LUTHERUS** huic voci ὥμοσσις minime fuisse infensum, sed potius eam voluisse servatam, etiamsi in Scriptura non extet, ad con-